

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt I. De extrema fere totius Orbis adnimarum salutis necessitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

DE CONVERSIONE OMNIUM GENTIUM PROCURANDA.

LIBER PRIMVS.

In quo de necessitate, dignitate, & utilitate hujus præstantissimæ functionis agitur.

IRIORI hac parte, ostensa totius Orbis facie, simul & extrema animarum salutis necessitas datur. Deinde quam gratum sit DEO ipsi studium ac labor pro juvandis animabus, maximè Infidelium impensis, quantaque honestatis eminentia, & dignitas in eo resplendent, ostenditur, tum ex ipsius animæ rationali nobilitate ac præstantia, tum ex doctrina & exemplo Christi, & aliorum Sanctorum; tum etiam inter alia præcipue ex virtutum omnium influxu in hoc opus, ac denique ex eminentia, & præstantia inter alia opera. Tandem differunt de varijs hujus functionis utilitatibus, & quod ad amplectendam eam omnes Christiani, unusquisque pro captu suo, teneantur.

C A P V T I.

De extrema fere totius Orbis anima-
rum salutis necessitate.

EA est calamitas Orbis terrarum hac nostra tempestate, ut nemo si ad eam ferus, qui non interficat & in lacrimas refluat, si vicem ætatis hujus ad mundi occasum & mortem sensipernam inclinare consideret, ut cum innumeris nationes Infernus absorbeat, raro, tamquam in locis pietas Christiana ita cipiat, ut firma spes salutis æternæ existat. Quapropter pios animos precor, sequentem totius orbis geographicum more partitionem attente considerare, ac ex ipsius consideratione ad misericordiam commoveri, ac simul ad Infideli conversionem procurandam excitari. Nam cum inter universas mortalium calamitates ignoratio Christi primum locum obtineat, his, qui pro carneis perculis Catholicæ fidei lumine uidentur, nullum omnino miseris genus lucubus videi debet, quam immensum omnium à Christo aberrantium, ac innumerabilium parvorum multitudine, qui Evangelico carentes pane, semper in morte damnantur. Hoc autem clarius ex proxima divisione constabit.

Europa quoad statum, Religio-
ni de-
scribitur. Prima igitur Orbis terrarum calamitas, seu extrema animarum salutis necessitas propteribus penè in toto Europa adest. Nam cum haec mundi pars fuerit Christiani cultus feracissima, mirum quantum in ferilitatem devenerit. Græcia quippe omnis, cum Infulis, Regionibusque quamplurimi, quæ riu Græco gaudet; deinde Septentrio ferè totus, eisque latera in Orientem, & Occidentem patentia, paucis usibus exceptis, hereticos signibus flagrant. Sunt in hac orbis parte multa Regna, quæ hereticis Principibus parent, ut Anglia, Hibernia, Scotia, Saxonæ, Suecia, Dacia, Dania, & alia, in quibus una fere excepta Anglia, vix ulli verbi Dei inveniantur Ministri. Alia

Thom. à Jesu Oper., Tom. I.

vero sunt hereticis infecta, quæ principibus Catholicis obediunt, ut Polonia, Germania, Hungaria, Gallia, ubi Sectarij cum Catholicis promiscue versantur: & ob id merito timendum, ne heres, quod sincerum est inficiat, & cum vera fidei detrimentio ex pravo Catholicorum, maximè Sacerdotum, ac Ministrorum exemplo, virtus acquirat, & heretici in sua perfidia magis in dies firmentur. In Europa igitur sola Pontificum Sede insignis Italia, ac Hispania divino munere, ab heresum, vel schismatum contagio servatur. Quare cum tot nefaria, ac pestilentes hereses ab Orco in terrarum Orbem revocatae, per plurimas totius Europæ florentissimas Provincias, ac Regna gallentur, verè nunc oraculum illud Joannis impleti cernimus: *Et quintus Angelus tuba cecinit, & Apoc. 9.
vidi stellam de cœlo ecclisisse in terram, & data est ei clavis abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornicis magna, & obscuratus est sol, & aer de fumo puteti. Et de fumo putei exierunt locusta in terram, & data est illis potestas sicut habent scorpiones &c.* Hæc enim recte in hereticis Lutherio inventore in orbem effusis, sortiri effectum docta, & eleganti oratione Emin. Card. Bellarminus jam pridem probavit, & res ipsa loquitur. Etenim Satanicam novorum hominum in hereticis recentibus ex cogitandis, veteribus revocandis, urisque disseminandis, tacundis, ac propugnandis solertia, astutiam, audaciam, ac rabiem, si intueamur, cælum ab iis misceri temere, omnia lacris ardere bellis, ac prælijs cruenticissimis decertari deprehendemus: Quæ magnam videntur habere vim ad viros, qui aliquo Religionis ac pristinæ pietatis tanguntur senti, excitando, ut conatu simili pro domo DEI in acie contra hostes fidei flare, & consilii, verbis, scriptis pugnare opera præsum dicant.

Jam quoque Africa, quæ olim Catholica fide claruit, hodie extrema premitur necessitate, nam à freto Herculeo usque ad Aethiopias Mahumeranis, vel Ethnici erroribus, aut Schismaticorum prototypis deseruit: complectitur enim inter alia Barbariam, Numidiam, Libiam, Nigritarum Re-

gionem

gionem, magnam Imperij Turcici partem versus
Ægyptum, & Mauritaniam: Continet etiam
Africa Æthiopiam interiore, maximè Presbyteri
Joannis latissimum imperium, quod inter
utrumque Tropicum à mari rubro ad Æthiopicum
ferè Oceanum pertingit: & hi quamvis
Christiani censeantur, inculti tamen sunt, & ni-
mis rudes, ac erroribus Alexandrina Patriarchæ,
cuiparent, infecti, in tenebris jacent.

Afia.

Afia vero, trium Orbis partium facilè max-
ima, major est quam aliarum indigentia: nam
cum hæc latissime pateat, complectaturque qua-
tuor amplissima Imperia, videlicet Turcicum,
Persicum, Tartaricum, & Chemicum, ferè omnia
miseriora cœstæ Mahumetana, vel Echnica la-
borant. Quod si vel in interiori Continen-
te, ut in Armenia, vel in maritimis locis, que hoc seculo
Lusitani Reges in India Orientali obtinuerunt,
aliquot Urbes fidem Christianam colunt, id certè
cum valissimis Regis Asiaticis comparatum,
adeo exiguum est, ut dolore parum levere pos-
sit, præterquam quod ea loca remissima tenuiter
in Christiano cultu proficiunt, aut fortasse non
nulla deficiunt.

Et Amer-
ica.

Denique America, quam Orbis quartam pat-
tem Geographi constituant, in extrema calamiti-
tate veretur. Nam & quod ad fidem Christianam
pertinet, parum culta est: & in Europeis homini-
bus Indi avaritia potius quam Christiani zeli ex-
empla conspicunt: sicutque præterea tam in Oc-
cidentalibus, quam Orientalibus Indiis quam-
plurime Provincie, ad quas Evangelium non-
dolum delatum est. Sunt autem hæc regiones ultra
fretum Magellanicum in maxima terra spatiæ ex-
currentes, ultra Peruanam Regionem usque ad
fretum Magellanicum ad utraque ripas maximis
fluvij Maragon, mille circiter leucarum longitudi-
nis. Campestria que adjacent novo regno Gra-
natensi mille circiter leucarum, estque ibidem
Regio illa amplissimis Indorum civitatibus cele-
bris Lagnana dicitur. Maximus item terræ tractus,
quam Floridan vocatur, novus Mexicos. Præterea
trecentæ insulæ, quas Lucae appellant, quarum
aliquæ Italiam magnitudine superant, duodecim
autem tantum Regi Hispaniarum parent. Unde-
cim etiam Insularum Philippinarum millia; ex
quibus aliquæ totâ Hispaniæ majores sunt, qua-
rum vix triginta Imperio Regis Hispaniarum sunt
subjectæ, quarum omnium incole facilissimo ne-
gocio fidei lumine illustrantur, si proborum pa-
torum non tam sua, quam que JESU Christi
sunt, animatumque salutem quærentium instruc-
tionibus, atque integræ vita exemplis sedulò in-
formarentur.

In Occidentali vero India, que jam diu Minis-
trorum cultura gaudet, calamitas hæc magis est
conspicua: in hac enim cum indifferenter omnes
Baptismi lavacrum ablutæ sunt, plurimi rame Idola
colunt: idque non tam proprio, quam aliquorum
Parochorum virtu, quorum prava cupiditate, ac
moribus dissoluti, prafati incole scandalizati
Christianam fidem blasphemant.

Ac denique nostra, & parentum nostrorum
ætate, tam magna Orbis pars reperta est, ut merito
distare ultimum judicium videatur, usque dum
to gentium salutis via aperiatur, ostendaturque se
Deus fidelem in omnibus verbis suis, dicens,
Matth. 24. Et predicabitur hoc Evangelium Regni in
universo Orbe, in testimoniam omnibus gentibus, &
tunc veniet consummatio. Illud perspicuum est hoc
seculo, ab anno propemodum quingeniesimo su-
pra millesimum, plus terrarum, atque hominum

esse detectum, in quibus Evangelij lux maxima
ex parte desideratur, quam totis mille superiori-
bus annis. Multæ præterea sunt regiones, exque
amplissimæ, in quibus non est fides Christiana
audita, neque proposita, ubi innumeræ anime
omni etiam salutis spe destitutæ, in sempiternum
pereunt. Profectò tis, & tanta Regiones non sunt
frustra reperta, sed Divina agi providentia cre-
dendum est, ut primum innotuerint, mox adean-
tur, & tandem salutis nuntium accipiunt.

Hac igitur inspecta brevi Orbis terrarum de-
scriptione, quæ fax ipsa emollire debet, quis
ad eo durus existat, qui mundum pereuentem suis
oculis intueatur, illici non succurrit, cum possit
auxilium ferre. Hanc mortalium salutis universali-
am, ac incredibilem necessitatem, magna ex parte,
non tam in tabulis depictam, quam factis ipsiis
expressam, cum cognovisset vir ille Apostolicus
Franciscus Xaverius, in hæc verba ad suos in Europa
commorans escriptis: Mibi vero persépe venit in
mentem, circum Europa Academias, ac præcipue Par-
isiensium, cursare, ac insani ritu pasim vociferari, eoque,
qui doctrina plus habent quam charitatis, his com-
pellare verba: Huius quam ingens animarum numerus
vestro virtu exclusio calo deturbatur ad inferos! Nec
mirum, virum piissimum ita tot animatum per-
euntium zelo angit, ac stimulat, cum & salus pau-
corum hominum ad eo pretiosa sit Christo, ut si
oportaret iterum pro eis pati, id libertissimè fa-
ceret: quemadmodum Carpó significavit revelatione
quadam, quam Sanctus Dionylius Areopagi-
ta vera exsilitavir. Cum ergo viri ppi. & reli-
gioosi, tor millibus opem ferre possint, quomodo
in utramque autem dormientes torpescere pos-
sunt in salute proximorum procuranda? Projec-
to non videntur sententia JESU Christi Salvatoris
nostris subscribe, qui proximos ab interitu sem-
piterno, cum possint, & ex fraterna charitate te-
neantur, non vindicant. Ferant igitur opem qui-
cunque Dei amantes, & hominum salutis studiofi
apud benignum Redemptorem habent volunt, &
quibus possunt modis, sacrificii, lachrymis, rum
consilio, opera, sudoribus, & sanguine ipso, si opus
sit, chrysostomam Christo JESU tot gentium salu-
tem prosequantur. Instent etiam apud Dofinium
mellis, quem in tektis Christus, solum Vicarium
pro mellis colligenda constituit, illumque depre-
centur, ut mittat operarios in mellem, sic enim
proposita universi Orbis necessitate olim D. Ber-
nardus, lib. 2. de Confid. cap. 6. Eugenium Pontif.
urgebat, ut mellis congregandæ sedulò studeret:
Exi, inquit, in agrum Domini tui, ex inquam in mun-
dum: Ager & enim mundus, iisque creditus tibi. Exi in
illam, non tanquam Dominus, sed tanquam Villicus,
videre, & procurare, unde exstiterus rationem. Exi
dixerimus quibusdam tua passioni intenta sollicitudini, &
solicite intentionis. Neque enim ipsi, qui justi sunt ire in
Orbum universum, Orbum circuere, præsentia corpo-
riu, sed mentis providentia. Et tu leva oculis quosdam
considerationis tue, & vide Regiones, si non sunt magis
siccæ ad ignem, quam alba ad messem. Nonne si exi, &
cernis ista, pudebit otiosam jacere securam? hæc Be-
nardus.

C A P V T . II.

De excellentia, & dignitate hujus fun-
ctionis, pro juvandis infidelibus.

D Enecessitate quidem extrema Evangelicae
prædications in Universo se è Orbe, vel
certe

Matth.
24.

terre in
to impo-
amplific-
di ante-
Oramis
ale, ut
spicer,
led hoc
lendique
medifac-
la contri-
(maxime
motiores
major ju-
nitatem, &
Hanc
aspicere
convince
sicut eni-
litate ma-
lant, con-
artum in
terit pia-
tia, a De-
tem, ac
imitatio
fluxu vit-
Exone re-
super ali-

E X om-
iae de
nius opus
Ethnici
rauen hor-
privandum,
rationis, &
d'agremo
tis scindit
internunci-
rum, inda-
terpretem
bile, flux
Hyminas
status ab o-
mens eō sp
cateroquin
modus or-
tum dispa-
tus, aquae in
nore in per-

At aliis
tum ex la-
tem ex Di-
alloquens,
Diu, tecum
ut quidam
quod obli-
sunt quaque
uratus et a-
litis DEU-
tum eis man-
Que eis
trem, ac gi-
gumenta, q
hominis no-